Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift



142

Et una cum eo uenit ad domum nicostrati primi scrinii; et uidens turbas credentium salutans eos cum omni gaudio ait; Beati omnes qui audistis uocem domini nostri ihu xpi dicentis. Venite ad me omnes. qui laboratis et onerati estis et ego uos requiescere faciam; Tollite iugum meum super uos et discite a me quia mitis sum et humilis corde et inuenietis requiem animabus uestris; Iugum enim meum suaue est et onus meum leue est; Vos itaque fratres mei quos baptismatis unda diluit et ad sectandos d̃o omnipotenti karissimos filios facit et hoc quod ad propositum suum semper reuocare dignatur esse beatissimos milites suos. Oportet enim erat uobis penitentia ut propiam ad indulgentiam uenireris; Huic autem quia ad tantam gloriam accessistis ut iam ad passionem aqua dolenter alios reuocare uolustis ad ipam desideretis gratanter currere euidenter hoc artificium xpi est; Iam ipse quem uas electionis facere dignatus est et uoluit magis utrum genetium esse non solum fidelium animos apietatis proposito reuocabat sed iam nolentes a xpo discedere lapidibus obruebat; Hunc nobis ipse dns apli ebigens dedonauit et tributi nobis ex saulo paulum et ex postata apli fecit et dedit ecclesie sue ex persecutore doctorem; Amator persecutionum factus est qui persecutionum auctor extiterat et qui inalienis afflictionibus perpetrabatur insuis post modum persecutionibus letabatur; Ipse qui tantam in apto suo uirtutem exercuit, ipse enim nunc quoque uos de ipso inferorum eclaui et ex ipse draconis faucibus animarum uitarum captiuitate eripuit et uos nunc a tenebris ad lucem remeantibus et etenim uite ianuas patefecit; Quia et omnes demones qui sunt tenebrarum filii contristantur et omnes angeli sci qui sunt filii luminis letantur et accedat unusquisque et det nunc suum hodierno die usque ad uespum percurrentes ieiunio et sicque cum baptismatis sacramentum oportunum tempus inuenerit deest ut lux mortali mundo abscedens ad mias mites immortales accedat et ita seli ceno uolutati ecce nocis caliginem abientes. atque tenebrarum nos caligine aqua scificationis abluros scificet quo mundati iam et sincentate induti alacres pgam ad xpm; Hec et his similia prosequente sco policarpo uniuersi gauisi sunt atque unus quisque nomen suum festinabat primum quam interrogaretur offerre; Cumque hec agerentur uenit claudius sintariensis ad primi scrinii nicostrati domum ubi ista gerebantur et dixit nicostrato; Vehementer perfecta comora est eo quod personas reorum tue domus custodie tradi iussisti; Hac de causa suis te iussit aspectibus presentari uide qualiter debeas interrogatus dare responsum; Ingressus itaque ad pfectum nicostratus cum fuisset interrogatus cur eas personas quas claustra retinebant sue uoluit domus mancipare custodie, respondit; Amplitudinis ure iussu xpianas personas intra domum meam custodiendas suscepi quibus ut terrore passionis incuterem reorum illos feci personis sociari ut iussioni ure ac persuasioni ure si non sensu suo saltem alieno expiniro consenciant et metuant ne similis eos pena concludat; Libentissime et hec audiens perfectus auocauit eum ad se dicens; Magno te censu apparentibus eorum remunerari facio cum pretiis incolomes fueritis filii restituti; Reuertens itaque ad domum suam nicostratus primi scrinii cum claudio comentariense cepit ei uniuersa referre qualiter ses sebasti